



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ervditione Religiosorvm**

**Humbertus <de Romanis>**

**Ingolstadii, 1591**

**VD16 H 5888**

Quantitas cibi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](#)

*In Apolog.  
ad Guiliel-  
num abba-  
rem, cap.  
Dicitur.*

tur, quam reficitur. Studiosa ciborum præpara-  
tio, frequenter est occasio quod nimis de cibo  
sumatur. Bernardus. Tanta quippe accuratione  
& arte coquorum cuncta apparantur, ut quatu-  
or vel quinque ferculis deuoratis, prima non im-  
pediant nouissima: nec satietas minuit appeti-  
tum. Venter quidem dum vescitur, oneratur,  
sed varietas tollit fastidium. Quia enim puras,  
ut eas Deus creauit, epulas fastidimus, dum alia  
aliis multifariè permiscentur, & spretis natura-  
libus, quos Deus indidit rebus, quibusdam a-  
dulterinis gula prouocat saporibus, transitur  
nimirum meta necessitatis, sed necdum dele-  
etatio superatur.

*Septima pars huius capituli. De quantitate cibi.*

*In tract. de  
institut. no  
uit. cap. 20.*

*Ezech. 4.*

*Ecccl. 37.  
Luc. 21.*

**D**e quantitate cibi sumendi, dicit Hugo de  
sancto Victore; Mensura hæc mihi vide-  
tur, ut neque contra honestatem, neque supra  
necessitatem. Non omnis venter idem sapit  
alius sic, alius verò sic. Cui minus sufficit: iste  
priusquam ad turpitudinem edacitatis veniat  
in superfluitatem offendit. Cui multum opus  
est, in eo sæpe honestas comedendi læditur: eti-  
am priusquam ad superfluitatem veniatur. Er-  
go illi cui parum satis est, superfluitatem caue-  
at; ille verò cui multum opus est, magis ad ho-  
nestatem attendat. Cibus tuus quo vesceris, erit  
in pondere. Multum noxia est animæ & corpo-  
ri sumptio nimia cibi & potus. Propter crapu-  
lam multi obierunt. Attendite ne grauentur  
corda vestra crapula & ebrietate. Crapula est  
cruda epula. Seneca: Ede citra cruditatem: bibe  
citram

citra ebrietatem. Sobrietas verò in cibo & potu, animæ & corpori multum est vtilis. Chrysostomus, Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ægritudinem fugat, sicut moderata refectio. Excessus in cibo frequenter est occasio ferculorum multitudo: quæ non solùm animæ, sed etiam corpori est nocuia. Seneca: Fastidientis stomachi est, multa degustare. Quæ vbi varia sunt, & diuersa, inquinant, non alunt. In multis escis erit infirmitas. Seneca de antiquis loquës, ait: Simplex erat ex causa simplici valetudo: morbos multos multa fercula fecerunt.

*Epist. 2. circa mediū.*

*Epist. 96. antem mediū habet ali- quid de hoc.*

*Vltima pars huius capituli, de modo sumendi cibum.*

**A**D modum sumendi cibum pertinēt munditia & temperantia. Munditiam cibi multi non seruant: de quibus Hugo de sancto *In tract. de Victore*: Quidam ferculorum frusta adipem *institut. non distillantia mensalibus inuoluunt aut superin-* *uit. cap. 21.*  
iiciunt: Alij vñctas manus ad vestimenta sua detergentes, rursus ad cibaria tractanda redeunt. Alij nudis articulis coclearis vice pescantur, ita ut in eodem iure & manus ablutionem, & ventris refectionem, quærere videantur: Alij semirosa crustula cibariis iterum infigunt, & reliquias dentium suorum offas facturi in poculis demergunt. Et subdit; Hæc à dicentibus *Eodem cap. erubescenda fuerant: si à facientibus præsum-* *citato à medio.*  
pta non fuissent. Nunc autem sustineant in audiendo verecundiam, qui in faciendo noluerunt habere disciplinam. Idem: Temperantiam manducandi intelligimus, si tractim homo

&